



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

S. Maurus abb. Co[n]gregationis Gallicanæ institutor. Cap. I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38397**

# DE SEPTEM immensis Montibus,

Id est,

ORDINIS MONASTICI NIGRORVM,  
tum Propagatoribus tum Reformatoribus,  
Corpus sanctę huius Arboris perficientibus:  
quorum primus:

## S. MAVRVS ABBAS

Congregationis Gallicanę institutor;  
qui

*Germinabit sicut Lilium, & florebit in æternum.*

*Osee. 14. Caput. I.*



INTER Sanctos Prophetas Esaiam & Hieremiã,  
qui nube tecti Arborem hanc hinc inde circum-  
stant, Abbates duo ex ipsius Arboris corpore egre-  
di conspiciuntur, medij inter S. P. N. Benedictum,  
& primos ipsius Arboris ramos. Horum primus  
qui uictorię suę tropheum, Regum Francia; stē-  
ma, tria scilicet lilia aurea in cęruleo campo, dextra gestare uide-  
tur, est S. Maurus Abbas. Is natione Romanus, Patre Amicio Aequi-  
tio Rom. Cos. matre Iulia, duodennis S. P. N. Benedicto, dum esset Sub-  
laci, anno salutis 523. à patre oblatu, in tantum uirum sub eius  
magisterio profecit, ut, cum esset unus ex eius imitatoribus præci-  
pui, dignus habitus sit qui petente Episcopo Cænmannico, ad  
Gallias mitteretur, anno Domini 541. conuersionis suę 18. ætatis  
30. uel Monasticum Ordinem, à S. P. N. Benedicto in Italia fundatū,  
ipse quoque per totam Galliam disseminaret. Quam prouinciam  
ædeo strenne executus est, ut non solum in Galba, uerum etiam in  
Hispania, & in alijs circumuicinis Gallię prouincijs, monasticus or-

LLI 4 do

do per eum diffusissimè dilatatus sit. Et hoc mirabile dictum, quod  
 spatio 42. ferè annorum, quibus Gallias rexit, in sola Gallia tam  
 ta monasteria fundasse dicitur, ut eorum omnium reditus annu  
 decies centena millia aureorum attigerint: ita ut potius regna, quàm  
 cœnobîa, vir Sanctus posteris suis reliquisse uideatur. Vnde Cae  
 lus IX. Rex Galliarum, qui hac nostra ætate uixit, dicere solitus erat, quod  
 Maurum plures monasteriis à se constructis solo breuiario suo, in  
 Gallia, diuitias peperisse, quam Reges ipsi gladio & potentia acquirere  
 potuerint. Fundatus ergo sic extra Italiam ordo monasteriorum,  
 ad differentiam congregationis primæ quæ nunc Specuensis, aut  
 Casinensis à locis à S. P. N. Benedicto primum inhabitatis, aut  
 etiam Benedictina, à suo ipsius nomine, uocabatur, denominationem  
 congr. Gallicanæ à regione, aliàs Glanofolianæ à monasterio primo  
 in Gallia constructo, siue Maurianæ, à nomine ipsius S. Mauri, pro  
 pit: quas denominationes, pro vniuscuiusque arbitrio, retinuit usque  
 ad annos Domini 600. & 651. & amplius. Nam cum illo anno mo  
 nasterium Luxouienne à S. Columbano Abbate, & monacho constructum  
 congregationis Benchorenfis Hibernicæ, in Burgundia constructum  
 fuisset: isto uero agente Floro Comite cœnobium Floriacense, iuxta  
 Aurelios, in honorem S. P. N. Benedicti (ad quod non diu post  
 eius reliquiæ per S. Aygulphum translatae referuntur) à Leodegundo  
 Abbate fundatum, ceperunt scriptores pro monasteriorum dignitate,  
 & prout affectus ferebatur, diuersas sibi congregationum  
 denominationes formare, aliis Floriacensis, aliis uero Luxouien  
 etymologiam usurpantibus: cum tamen ambæ ex Glanofolien  
 licana Mauriana dependerent, & tres simul una eademque essent  
 gregatio: quæ nomen simul & dignitatem amisit, in exordio con  
 gregationis Cluniacensis, uti infra uidebitur. Igitur S. Maurus, qui  
 in religione annos 62. uixisset, & in Gallia 41. esset quæ ætatis  
 rum 74. obiit apud monasterium suum Glanofolien, quod ipse  
 Andegauis construxerat, an. Christi 583. inchoante, die 15. mensis  
 Ianuarii, & ibidem primum sepultus est. Nunc uero pars corporis  
 eaque maxima, apud Parisium, pars altera apud Secusum in  
 Pedemontias alpes, digno honore reconduntur. Scripsit Epistola  
 unam ad Gordianum monachum, quæ excusa est in fine chronici  
 Casinensis, fol. 200. Item &

Dialogum vnum de rebus suis cum ad Gallias properaret,  
 quem uidisse se refert MS. D. Io. Petrus Villa de cantu  
 Marchio Messanenensis, in quadam sua epistola, ad me uisum  
 S. P. L.